



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto zenobio episcopo et confessore. Cap[itulum]. xli.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

tiones. in per mensem decembris: presbyteros  
sui. episcopos per diuersa loca numero. xv. et  
cessauit episcopatus dies. xix.

De sancto Niceto martyre. Cap. xl.



### Mactus martyr: qd

Interpretatur victor: gorbosum gen-  
te oriundus: sed ab eorum proxis ut  
tunc alienus ab annis puerilibus  
per sanctum theophilum gorbosum episcopum: qui et  
primo concilio nice celebrato interfuerat in fi-  
de doctus et baptizatus est. Cum autem inter go-  
rbos discordia orta esset: et due ex eis partes fie-  
rent: quarum vni fririgenes alteri vero arbanar-  
cus p[ro]fuit et ipse partes adiuncte decertassent:  
fririgenes ab arbanarico victus est. Qui se tunc  
contulit ad presidium romanorum: et ab imperato-  
re valentino ad christianitatem suscipiendam cum  
suis inductus: sumpta romana milita que erat in  
thracia: crucem Christi preuisa aduersarios expu-  
gnauit. Quapropter arbanarico cum suis fide sus-  
cepit. Et succedere presidero theophilo episcopo ut  
philo qui et ipse constantinopoli scdo fuerat conci-  
lio celebrato: oes gorbos partis illius ab eodem  
philo in fide docti et baptizati sunt. Qui etiam  
episcopi sacre scripture libros de latino transulit  
in linguam gorbosum: ut populum ad fidei rudimen-  
ta perduceret. Nicetus autem qui christiane parti ad-  
herebat christum viriliter predicabat. Qui ab ad-  
uersariis arbanarici gorbos: qui supra danubium  
habitabant: detentus et ad fidem christi denegandam  
compulsus est. Quod cum facere recusa-  
ret: in ignem copiosum mittitur: et sic spiritum  
deo reddens martyr dignus efficitur. Cum  
autem quidam nomine marianus de ciuitate ma-  
seupstia olim sancto martyri amicitia speciali  
coniunctus corpus eius requireret: et furorem  
gorbosum gentium formidaret: nocte consurgens  
ad corpus perquirendum accessit: verum cum locum  
ignoraret: stella sibi apparere: et ut olim magis  
viam ostendente ad locum perducitur: qua su-  
pra corpus martyris quiescente sacre sibi reli-  
quie reuelantur: et ab eodem colecte in domum  
suam honorifice collocantur: multaque sanitate  
miracula carum virtute demonstrantur. Processu  
vero temporis a fidelibus ecclesia in ciuitate con-  
struitur et corpus martyris illuc transfertur: so-  
lo manus pollice ad eius solarium mariano dis-  
misso. De corpore vero sacro nihil amplius villo  
tempore potuit amoueri. Nam dum auentius  
episcopus maseupstie ecclesiam fabricasset: et de  
reliquis sanctorum tharaci probi et andronici de  
auarzana vrbe vicina parte pro consecratione  
ecclesie obtinisset: promissione facta que de reli-  
quias niceti martyris parte in recompensatione  
referret: apertis sepulchro manus ad auferen-  
dum ex mbris aliquid posuisset cofestum ma-  
nus eius arida et contracta facta est: nec prius  
restituta donec episcopus de temeritate penitens:

manum ut posuit pro consequenda sanitate ad  
corpus reduxit. Post teporis decursus corpus  
ipsum venetas translatum quiescere dicitur  
in ecclesia sancti nicolai. Passus est autem san-  
ctus martyr. viij. kalendas iunij.

De sancto zenobio episcopo et  
confessore. Cap. xli.



### Zenobius episcopus

clius florentine vrbs nobilissimus  
a puerilibus annis diuinitus literis  
ris imbuitus: sanctitate conspicuus:  
post minores gradus ad episcopatum eiusdem ci-  
uitatis electus est. In quo multo tepore pres-  
dens gregem dominici verbo et exemplo solcite  
pauit: et multorum signorum gloria splendit. In-  
ter que dum quidam ecclesie sue predia occu-  
passet: nec sepius admoniti ea reddere vellent  
subita morte pereuntes exemplo suo alios ne-  
dum ad restitutionem: sed ampliozem dotacionem  
florentine ecclesie prouocant. Martone que  
dam apostolorum limina visitans vicum suum par-  
uulum secum deducens eum febricitante zenobio  
episcopo comendauit: et roma perrexit: que ipse  
materno more diligenter fouit. Eumque die qua  
dam necessitate ecclesiam adisset: et marer ipso  
instanti rediens filium eadem hora expirasse rep-  
perisset: corpus eius in vlnis accepit: et cum la-  
chrymis ante pedes viri dei protexit: quem ille  
sua oratione continuo suscitauit. In cuius testi-  
monium locus in quo genua fixit geniculus vo-  
catur: qui si aliquando a quocumque bestia immu-  
dicia polluitur mox diuina vltione bestia illa  
punitur. Alia vice egressus de ciuitate iuues-  
nem que a tumulu portabatur inuenit: pro quo de-  
posito pberetro exequias celebravit. Rogatus  
quoque ab astaribus pro eius suscitacione ipso quo-  
que ex humilitate diuini recusante tandem acquite-  
scens pro ipso dudum orauit: et populum oem kyz-  
eleyson. clamare admonuit: sicque iuuenem ad vlti-  
tas reduxit. Qui enim in pace maturus erat. viij.  
kal. iunij. Sepultusque est in ecclesia sancti lau-  
rentij. Inde post aliquot annos translatum in ec-  
clesiam sancte agnitis reparata. In cuius transla-  
cione facta tpe hyemalis arbor quedam qua casti-  
ipius pberetru terigit: subito flores produxit.

De sancto Dionysio episcopo  
mediolanensis. Cap. xliij.



### Dionysius

episcopus mediolanch.  
tpe constantij filij  
constantini claruit. Qui ab eo  
aliquando circueuentus arriane  
heresi subscripsit. Et postmo-  
dum concunctus ab eusebio ver-  
cellen. episcopo cuius erat in ba-  
pessinate filius venia petijt.